



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm Qvo Privilegia Monasterio Sanctae Mariae Glastoniae
a rege Anglorum Edgardo concessa confirmantur, anno Domini DCCCCLXXI.
tempore Ioannis papae XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CONCILIVM ROMANVM

ANNO
CHRISTI
971.

QVO PRIVILEGIA MONASTERIO SANCTÆ
Mariæ Glastoniæ a rege Anglorum Edgardo concessa
confirmantur, anno Domini DCCCCLXXI. tempore
Ioannis papæ XIII.

NOTA.

Causa
Concilii.

^a *Concilium.*] Edgarus rex Anglorum & Dunstanus Dorobernen-
sis ecclesiæ archiepiscopus Glastingabiri monasterium quoddam in
honorem Dei & beatæ Virginis erexerant, plurimisque opibus dita-
rant: & cum metuerent ne posteris fortasse temporibus ab aliquo
successore ea quæ ipsi pie sancteque fundauerant euerterentur, mis-
so per legationem ad Ioannem pontificem foundationis instrumento,
rogarunt illud auctoritate apostolica muniri & confirmari. Ponti-
fex cum benigne directam legationem suscepisset, *concordi assensu,*
inquit *Vvilelmus de gestis regum Anglorum, Romani Concilii san-*
cita ab eis firmavit, scribendo apostolica auctoritatis praeceptionem, terribi-
liter intorquens in violatores, si qui forte emerferint, perpetui anathema-
tis ultionem.

VITA

DONI PAPÆ II.

ANNO
CHRISTI
972.

DONVS, qui ab aliis Domnus & Domnio nuncupatur,
patria Romanus, factus est pontifex huius nominis
secundus anno 972. duodecimo Kalendas Octobris. Qui,
cum sedisset mensibus dumtaxat tribus, obiit decimo-
quarto Kalendas Ianuarii.

CONCILIVM IN INGELLENHEIM

CELEBRATVM ANNO DOMINI DCCCCLXXII.

TEMPORE DONI PAPÆ.

NOTA.

Synodus
monitu Ot-
tonis con-
gregata.

^a *Concilium.*] Cum Otto imperator vna cum filio Ottone secun-
do in Germaniam reuertisset, ad componendas res ecclesiarum
Synodum per episcopos congregavit in Ingeltenham: in quo quid